



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

12. De tempore introducendæ & prosequendæ appellationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

justa causa, puniatur de jure civili pena 30. libato aurum, si causa sit civilis, si criminalis, arbitria, l. *Quoniam Iudices* 21. C. b. t. Maranta 6. a. n. 2. n. 210. Jure vero Canonico, si Iudex non deferat appellationi, ad sumnum Pontificem interpositam, ad ipsum Pontificem puniens mitti debet *De priore* 31. b. t. Sicut ad Imperatores pro merito punitus mittitur, qui appellationem ad eum interpositam in causa cum civilium criminali non receperit, l. *A Proculibus* 6. in fine Cod. h. t.

2. Quod si appellatum fuerit ad inferiorem Papam, plerique existimant penam non defensit appellationi in causa civili esse arbitriam, & sic in usu magis pecuniam, Franc in d. *De priore*; in criminali vero causa penam depositionis, can. *Decretu* 2. q. 6.

3. Expectandus tamen hac in re est finis appellationis, ut non puniatur Iudex, qui rejecit appellationem, si judicatum fuerit male appellatum fuisse, ut qui in exitu deprehendatur juste non detulisse.

4. Sed an Iudex a quo teneatur perinde deferre appellationi ab interlocutoria, atque a definitiva queritur: nam Impp. m. d. l. *Quoniam Iudices*, agere de sententia definitiva, manifeste patet ex eo, quod loquuntur de sententia terminante interionem jurantium, quod sola praestat definitiva, l. *Præses Cod. de sent. &c. interlocut. om. Iud.* Sed dicendum id, quod hoc in re statuit lex civilis de definitiva, produceendum esse ad interlocutoriam, vim definitivæ habentem, a qua perinde atque a definitiva permittitur jure civili appellatum sit, e. *Cum appellationibus*, c. Non solum cod. in 6 Maranta d. l. n. 207, potestque de apostolis refutatoriis respondere, si hoc ei aequum vixit fuerit.

5. At vero jure Canonico, licet permittratur appellatio ab omni interlocutoria, gravamen aliquod inferente, e. *Super eo* 12. b. t. tamen Iudex a quo non teneatur ei semper deferre, verum licet ei, non obstante appellatione ab interlocutoria, in causa progedi, quamdiu per Iudicem provocatum non fuerit legitimè facta inhibitio, id est cum causæ cognitione, ut sciatur, an justè appellatum sit, e. *Cum appellationibus*, c. Non solum cod. in 6 Maranta d. l. n. 207, potestque de apostolis refutatoriis respondere, si hoc ei aequum vixit fuerit.

6. Si tamen appelleretur ab interlocutoria ex justa causa, tunc teneatur deferre appellationi, & si non detulerit, perinde puniri poterit, ac

si appellationi a definitiva non detulisset, Maranta d. loco. Ideoque jura volunt exprimi causam gravaminis in appellatione ab interlocutoria, ut si ea justa sit, appellationi deferatur.

7. In dubio quoque satius est, ut ei deferat Iudex, quia licet sententia, quæ in rem translata judicaram, habeat presumptiōnem iustitiae, ei *Bona* 23 § perro sup. *De elect.* imò pro veritate habeatur, l. *Res judicata D. De reg. Iurie*: tan ea, quæ nondum translata in rem judicatam, non magis iustitiae quam iustitiae presumptiōnem habet, sed ad utramque partem ita se habet, ut vel justa vel iusta pronuntietur, l. *Chirographe* 57. § ult. D. *De administrat iustiorum* l. *Hieronimus* 63. §. 1. D. *De evictionibus*.

8. Dixi ante regulariter omni appellationi esse deferendum, quia Iudex ei deferre non tenetur nisi casibus, quibus de jure prohibita est appellatio, de quibus anteagimus.

9. Ceterum Concil. Trid. Sess. 12 cap. 4. *Dereformat*, ordinavit, ut ab omnibus Legatis, Nunziis Apostolicis, Metropolitanis, aliisque superioribus Iudicibus, in admittendis appellationibus & concedendis inhibitionibus servetur Constitutio Innocentii IV. relatam c. *Romanæ* cod. in 6. eleganti Analyse enucleata à C. L. V. Stephano Weymso.

10. Servat quoque stylus Curia Romana usitatus, ut non deferatur appellationibus in rebus parvi momenti, v. g. in lumma non excedente decem ducat uti ex Vestrione testatur Pias. in *Praxi Episc.* p. 1. 6. 4 art. 15. n. 8. Quod & statuta curia Metropolitanæ Mechliniensis habent, ad taxam scilicet quinquaginta florinorum, teste, Zypx o h. t. n. 8.

11. Denique provocaciones a summo pontifice ad futurum Concilium tamquam erroneæ & schismatica damnata sunt a Pio II. & Iulio II. eodem Zypx teste d. loco n. 16. Ubi etiam tradit, Reges reum lege Majestatis habere eum, quibz eorum sententiis ad Papam appellari & profiri exempla illorum, qui ad tribunal Dei provocarunt.

### § XII.

De tempore introducenda & profunda appellationis.

1. *Tempus est vel annus vel biennium.*
2. *Quod non currit de momento ad momentum.*
3. *Breueri judicis brevius tempus prescribere.*

H. b.

4. *Atque*

4. Atque etiam ipsi appellanti, non appellato.
5. Ad finiendam appellationem iudex à quo terminum præscribere nequit.
6. Terminus brevior quo tempore prescribi possit.
7. Iudex ad quem appellanti prescribere terminum non potest.
8. Et deserta appellatio per lapsum terminum.

**I.** Empus introducenda ac præsequenda appellationis hodie de jure communi vel annus est, vel ex causa biennium, à die interpositæ appellationis, quando in iudicio appellatur, & *Cum sit Romana* 5.c. *Ex ratione* 8.b. t. *Clement.* *Sicut* & ibi *Glos.* eod. *Auct.* *Ei qui appellat.* *Cod. de temporib. appellat.* aut ubi extra judicialiter appellatur, vel ubi sententia nulla est lata, à die illati gravaminis: quandoquidem talis appellatio sit veluti conditionalis, si gravamen inferatur.

**2.** Ceterū hoc tēpus non currit de momento ad momentum, sicut currit decēdium ad appellandum, quia dies appellationis non consideratur, *Glos Clement.* *Sicut* b.t. nec duraante compromiso cursum habet, *Clement.* *Quamdiu eod. t.* *Auct.* *Si tamen Cod. De temporib. appellat.*

3. Permittitur autem iudici, ut brevius tempus ad introducendam & præsequandam appellationem præscribat, si velit d. c. *Cum sit Romana*, ita ut appellatio, si appellans intra tempus illud non introduceret & prosecutus fuerit eandem aliquo & qualicumque modo, efficiatur deserta, & sententia ac iudicio iudicis à quo stare compellatur, & *Personas* 4. b. t. perinde atque per lapsum termini iure definiti, in eūjus locum succedit terminus à iudice præscriptus, *Glos. in d. Clement Sicut.* *Innoc. in e.* *Ex ratione* 8. & in d. c. *Personas* n. 3. & 4. *Panor.* in d. c. *Cum sit Romana*. 4. *Gaill. 1. Obser.* 104. n. 3. Potestque iudex, lapsu termino à se præscripto, sententiam suam mandare executioni, etiam non exspectato lapsu termini iuris, d. c. *Personas* ibi, ex tunc iudicio suo stare compellas; item, ex tunc sententia tua parere constringas: nam dictio ex tunc extremum temporis momenti significat, l. 4. §. ult. D. *De condit.* & demonstrat, l. *In subscriptiōnē* D. *De vulgari & pupil subſtit.*

4. Idem obtinet, si ipsem appellans sibi breviorum terminum præscriperit, prout præscribere potest, & *Sapè* 44. 6. *Oblata* 57. 6. *Nicolas* 64.

b.t. modo tamen is sit congruus & conveniens, *e. Consuertit.* 14. b.t. Ut vero appellatus appellati talem terminum præfigat, non permittitur, ne in illius sit potestate, nimium coarctare appellantem, & adversario suo legem ponere, Joan. Andr. & Panormit. in d. c. *Personas*; sicut ut accelerando nimis permittitur terminum aut appellantem præ venire, & *Sapè* 44. in fine b.t.

5. Ad finiendam tamen appellationem iudex à quo terminum breviorum præscribere non potest sed tantum, ad introducendam & præsequandam: quia iudicis ad quem ut superiornequit præscribere legem, ut scilicet intra hunc vel illum terminum caußam appellationis expediat c. *Ex insinuatione* 50. b. t. Et in hoc differ terminus ab homine seu iudice præscriptus, à termino iuris, quod terminus iuris sit etiam ad definiendam appellationem, terminus autem hominis ad inchoandam prosecutionem, *Wamel* in d. c. *Personas* n. 5.

6. Verius autem est iudicem à quo posse hunc terminum breviorum præscribere iudicis à quem, intra quem prosequatur appellationem, non solum quando admisit appellationem, rerum etiam quando candens rejecit: quia id facit ad celestrem causam expeditionem, ne sententia à se lata maneat diuinus in suspense, & utoccurratur malitia appellantium, ad executionem sententiae differendam, ac tanto citius per superiorum cognoscatur, et tene appellationem admiserit vel rejacerit. Quin etiam verius est, iudicem à quo, postquam derulit appellationem, posse hujusmodi terminum præscribere ex intervallo, c. 1. *versus post loco eod. in 6.*

Facilius vero eidem permittitur, postquam talem breviorum terminum præscribit, eundem priusquam lapsus sit, prorogare, l. *Sed s. 5. D. De precario,* quasi, quam diu decurrat, is in eis sit potestate, & ad illum perdiret jurisdictione, *Rota Decisi* 35. alias 384. in antiquis. *Decius* in d. t. *Personas*, D. xi, priusquam lapsus sit; quia cum sit perecriptus, d. c. *Sapè* 44. b. t. lapsus ejus facit, ut sententia immutabiliter transeat in rem judicatam, d. c. *Personas* hoc rit. l. ult. § illud *Cod. De temporib. appellat.* nullaque admittatur mora purgatio, quia mors contracta statim subiicit legis dispositio, hoc est deserta appellationis effectus.

7. At vero iudex ad quem præfigere appellat

lenti terminum hujusmodi ad prosequendam appellationem nequit: quia habet terminum à jure statutum: nisi ubi periculum ex nimia dilatatione imminaret, ut in causis spiritualibus electionum postulationum, & aliis beneficialibus: que cum causam aliquo modo publicam continent, accelerari debent: sicut & causa matrimonialis, ob periculum incestus, vel adulterii, 1. Quoniam frequenter §. 1. sup. Ut lice non testata: item causa alimenterorum, ob periculum vita, l. Recare D. De agnoscendis liberio.

8. Ceterum uter lapsus termini, tam à jure quam ab homine definiti. deferta fiat appellatio consumatum tempus utriusque termini, seu ultimus dies, ejusque lapsus exspectandus est, quamvis jam ante constat appellationis prosecutionem fieri non posse, Wamel. id. c. Personas hoc s. Et si iudex à quo simplificet, prout fieri c. p. solet, præscribitur terminum ad appellationem prosequendam, sufficiat quatercumque prosequi, etiam per solam itinera reptionem, vel per solum imperatio- nis scripti actum, ut in c. Ex parte hoc tit. §. Dis- lbus sup. Derecript, licet non doceatur de litteris imperatis; nisi consuetudine vel statuto a- liud obtineat.

## §. XIII.

De causis biennii ad introducen-  
dam prosequendam & finien-  
dam appellationem

1. Causa concedendi biennii ad introducendam &c. appellationem varia.
2. Ex parte appellantis infirmitas & paupertas.
3. Qua etiam excusat à cursu fatalium.
4. Ex parte appellati, si is prosecutionem impedi- dia.
5. Ex parte utriusque, si partes suspendant aut prorogent tempus.
6. 7. 8. Removentur objectiones.
9. Ex parte iudicis, si per eum sit, quo minus ap- pellans finiatur.
10. Ex parte tertii impedientis, vel ex negligen- tia procuratoris.
11. Ex casu & fortuna.
12. Sunt quandoque ex causa etiam tertius annus indulgeri.

1. Ad introducendam, prosequendam, & finien-  
dam appellationem diximus dari de ju-  
re tam civili quam Canonico annum, & ex cau-  
si biennium, ita tamen, ut J. d. à quo bievius  
tempus praescribere queat. Dispiciendum nunc  
est de temporis hujusmodi causis, Ex variæ es-  
se & concurrere possunt, vel ex parte appellantis,  
vel ex parte appellati, vel utriusque, vel J. d.  
vel alicuius tertii, vel denique ex casu & fortuna.

2. Ex parte appellantis: ut si infirmitate ita  
detentus fuerit, vel paupertate aut inopia ita la-  
boraverit, quod appellationem interpositam  
prosequi & finire non potuerit. c. Ex ratione 8.  
ibi, per impotentiā hoc sit. c. penult. inf. de solutionib.  
Scaccia g. 15. art. 3. Nam si difficultas excusat à  
mora Gloss. int. Quod D. Si certum petatur Jason,  
ibid. & communiter DD. multò magis paupertas  
& inopia à desertione appellationis, cum impos-  
sibilium nulla sit obligatio, l. impossibilium D.  
Dereg. juris, & est communis teste Gail. Ob-  
serv. 142.

3. Sed dubitur, an etiam paupertas & inopia  
excusat à cursu fatalium interponenda appella-  
tionis. Et verius est, excusat, quando ad appelle-  
landum opus est sumptu aliquo, ut quando ex  
intervallo in scriptis appellandum est. Secus,  
quando nullo sumptu est opus, ut quando in-  
continenti via appellari potest. Nec vide-  
tur opus protestatione pauperis, ut tenet Bald. in  
s. 3. n. 2. sup. De rescriptis: maximè si sit nota J. d.  
aliо qui si ignota sit, cū in facto consistat: alle-  
gari & probari debet, per l. In bello §. facta D. de  
captivis & postlim. revers. tamquam fundamen-  
tū intentionis pauperis. Si vtiq; miserabili pau-  
pertatis privilegio uti velit, Gail. d. Observ. 142,  
n. 3. sub plenus vide.

4. Ex parte appellati: ut si is de facto, vel per  
se vel per alium, extra judicium appellantem  
impedit, quod minus prosequi appellationem  
possit; vel in judicio frustratoriis dilationibus  
efficiat, ne appellatio debito tempore finiatur:  
nam & hoc casu appellanti conceditur ipso ju-  
re secundus annus, vel saltem servatur appelle-  
lans illæsus, ut tempora prosequendi appella-  
tionem ei non currant, Rota Decis. 102. incep. Pa-  
talia, in novis, Scaccia d. loc. n. 61. quia tempus fa-  
talium hoc casu labitur culpa & facto adversarii  
& desertio fieri debet contra culpabilem & ne-  
gligentem, nō contra impeditum, Scaccia, d. loco

Hh 2

Ex